

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXXI. Non solum subditorum & hominum plebeiorum, sed etiam Regum,
Principum & Magistratum, aliorumque hominum in dignitate positorum
peccata & flagitia arguat & reprehendat, privatim ac publice.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

miles, ita miscens se se gregi latius audit populus. Faciat ergo id Concionator, in omni communi statu; v.g. Nos omnes sumus peccatores, nos Filia ira, demus operā justitiæ, temperantiæ &c. Ast in omni casu singulari se se eximat multitudini vel delinquentibus, nisi se & violentum & avarum & injustum vel it fateri.

LXXI.

Non solum subditorum & hominum plebejorum, sed etiam Regum, Principum & Magistratum, aliorumque hominum in dignitate positorum peccata & flagitia arguat & reprehendat, privatim ac publicè,

Εξήγησις

Sunt inter Politicos, qui existiment, id honoris Magistratui debito repugnare, ejusque auctoritati & æstimationi detrahere, imò etiā seditionibus ansam præbere. Sunt, qui dissuadent tangendos esse montes, ne fumigent, i. e. peccata Superiorū silentio involvenda esse, ne odiū erga monitores concipiant, stipendiis eos emungant, vel etiam ab officio prorsus removeant. Sunt etiam inter ipsos Ecclesiæ Ministros,

Es. 3.

stros.

stros, qui ejusmodi redargutiones nō sine periculo fieri animadvertentes, in munere suo segnes ac negligentes redduntur; können geringe Leute hart genug straffen / aber an die großen und reichen Hansen wollen sie nicht an / scil. ne audiant, qvōd olim Rex Amasias Prophetæ idololatriam accusanti 2. Paral. XXV. 16. dixit; *Num consiliarius Regis es, quiesce, ne interficiam te.* Et Amos VII. 12. *Hec tu Videntis abi &c.* Ad illorum errori, istorum minis & horum segnitiei opponimus. I. *Mandatum Dei generale*, qvō jubentur Ministri Ecclesiæ delinquentes corrigere & reprehendere, absq; ullo personarum discrimine, conveniente tamen cū *πρόνοια*, tūm moderatione & prudentiā, Esā LVIII. 1. 1. Timoth. V. 20. 2. Tim. IV. 2. Tit. II. 15; nec ullibi in Scripturā additur limitatio, nempe arguenda tantum esse privatorum & vulgi peccata, non autem Magistratus aut eorum, qui sunt in dignitate constituti. II. *Mandatum speciale*, qvō etiam Reges & Magistratus arguere jubentur Ecclesiæ ministri; Jerem XIII. 18. præcipit Deus, *Dic Regi & Dominatrici, humiliamini, sedete in terrā.* (sedere hic pro gestu humili usurpatur, ut Es. XLVII. 1. Luc. I. 79. sic amici Jobi, visa ejus miseriā sedebant cum eo in terrā septēdiebus & septem noctibus Job. II. 13. lugen-

Iugendi forte funeris librorum causâ, ut annotat *Cocejus* in h. l. ut sensus sit, *sederunt cum ipso* i. e. & quæ luxerunt, ac ipse *Jobus*) *Ezech.* XXXI. 1 & 2. *Fili hominis, die Regi Aegypti & populo ejus* &c. confer *Jer.* l. 10. Huc faciant exempla Prophetarum, Apostolorum, & aliorum Dei virorum. Sic *Moses* Regi *Pharaoni* judicia Dei annuntiavit, *Exod.* VII. 10. &c. *Samuel* publicè objugavit *Saulen*, 1. *Sam.* XV. 19. *Propheta Nathanis*. qui Regi *Davidi* à concionibus aulicis, confessionibus & consiliis sacris fuit, *invektiva* in adulterium & homicidium *Davidis* habetur 2. *Sam.* XII. 9. Sic *Elias* *Achabum*, 1. *Reg.* XVIII. 18. *Esaïas* *Ezechiam*, *Esa.* XXXIX. 6. *Jeremias* *Sedeciam*, *Jer.* XXXII. 4 graviter reprehendit. *Michas* cap. III. 1 ita compellat principes *Jacob* & *Duces* domus *Israel*: *Nunquid non vestrum est, scire judicium?* Et pleni sunt Prophetarum libri variis increpationibus advertus ipsos Reges & Magistratus, qui à Deo deviabant. *Johannes Baptista* *Herodi* Regi in faciem objectavit: *Non licet tibi habere fratris tui conjugem in uxorem*, *Matth.* XIV. 4. & quidem ex *Cbrysofomi* sententiâ, in medio foro & in magna populi frequentiâ, ut supra insinuavimus. Sic jam citatus *Cbrysofomus* contra *Eudoxiam* publicè loquutus est, & *Nazianzenus* *Julianum Apostatam*, itemq;

Ambrosius Theodosiū Imper. Lib. V. Epist. 29.
Lutherus Clementē VII. Regem Angliæ, aliosq;
 Potentes vehementer redarguit, vide Tom. V.
 Jenens. Germ. fol. 289. &c. Existimavit quidem
Wolff. Fabricius Capito, multo felicius Evange-
 lii doctrinam propagari, si ad Magnatum vitia
 conniveretur, quam si increparentur illa pu-
 blicè; sed meritò hanc Ejus opinionem refu-
 tavit *B. Lutherus* Epistola ad hunc Capitonem
 Anno 1522 scripta Tom. I. Jen. Germ. pag. 558.
 b. III. *Hujus Correctionis Utilitatem*; Ipsū Ma-
 gistratum peccantem, si peccata sint publica &
 notoria, publicè arguere, non tantum ipsi Ma-
 gistratui utile est, si scilicet à peccatorum cursu ad
 pœnitentiā revocetur, sed etiam subditis ma-
 ximè conducit, quibus ut Magistratū peccata
 exemplo plurimū nocent, (quia idem sibi li-
 cere alii arbitrantur, quod à suis ductoribus fi-
 eri vident,) sic redargutio peccatorum Magi-
 stratus plurimū prodest, IV. *Necessitatem*. Non
 solum licet, sed & maximè necessariū est, deli-
 cta Magistratus, si nota sint & publica, nec ad-
 monitionibus privatis semel atq; iterum repeti-
 tis moveatur, reprehendere etiam publicè cum
 id salus Reipublicæ, Ecclesiæ, ipsius Magistratus
 & gloria Dei postulet. Cura corporis initium ca-
 pit à medicina capitis, frustranea ergo erit cura
 corpo-

corporis, si caput malè affectū maneat. V. *pæ-*
nam Pastoribus non redarguentibus peccata, de-
nunciatam. Malè audiunt Prophetæ & Docto-
 res, qui peccata hominum (etiam Magistratu-
 um, nam eorum crimina nusquam reperiun-
 tur excepta) non redarguunt, *qui confortant*
manus pessimorū (hominū) quò minus con-
vertatur unusquisque à malitiā suā. Jer. XXIII.
 14. Væ adversus eos ingeminatur Ezech. XIII.
 18. & sanguis impiorum in iniquitate suā mori-
 entium de manu eorū requiritur, Ezech. III. 18.
 Neq; enim solum pro subditorum, sed etiam
 pro Magistratum animabus vigilare debent.
 Verum ut in aliorum hominum omnium, ita
 vel maximè in Magistratus, præsertim superio-
 ris, v. g. Regis aut Principis alicujus publicā
 correptione singulari judicio & prudentia o-
 pus est, ne subditi ad seditionē excitentur, vel
 reverentia & obsequium minuatur, vel etiam,
 ne ipsa reprehensio magis exasperet, quam mi-
 tiget aut emendet. Ad sanctam verò hanc pru-
 dentiā pertinet I. *privata admonitio.* Non at-
 tentanda publica redargutio est, nisi aliquot
 privatæ & debitæ modestiæ factæ monitiones
 præcesserint, & in vanū abierint. Samuel iram
 divinā Propheticā se veritate Sauli, contra præ-
 ceptum Dei prædam ex Amalekitis reservanti,

Ff §

denun-

denunciaverat, rogatus tamen ab hoc, ut coram Senioribus populi & Israël honore ipsum afficeret. Samuel non recusavit. Samuel XV 30. Nathan Propheta Davidem adulterii & homicidii reum non objurgavit coram populo, sed privatim eum accessit, parabolam ipsi proposuit, atque ex ipsius ore sententiam condemnatoriā à seipso prolatam singulari arte elicit. *Nimis Prophetica ac Heroica, ac ideo adultera sunt* inquit B. D. Dannbænerus Tom. I. Theol. Conscient. part. II. Dial. III. Sect. quest. 18 p. 1015. *quæ Elias in Achabum, Hilarius in Constantium, Ambrosius in Theodosium, Lutherus in Regem Angliæ designavit. II. Ne vorum leviorum à delictis enormibus item peccatorum privatorum, occultorum & dubiorum à notoriis, manifestis, convictis & confessis distinctio. Levi-ores naves & labeculas, delictaque privata Regentium publico spectaculo non exponat Præco fidei, sed privatim, salvo honore Politico de illis eos admoneat. Nec publicè & coram plebe re- darguat flagitia Magistratus, quæ adhuc occultæ sunt incerta, inconvicta, inconfessa, dubia, si- ve in facto, si ve in jure, si ve in statu conjecturali si ve definitivo, ut cum Rhetoribus loquitur B. Dannbænerus loc. cit. ne subditorum odium in Magistratum vel accendat, vel oleo suffuso nu- triat &*

triat & foveat. Nihil enim magis delectat populum, quam cum Concionator contra Superiores intonat, indeq; occasione sumit obrectandi illis. Occulta qui divulgat, non correptor est, sed proditor. Ad prudentiam hanc quoque pertinet III. ut non indulgeat conjecturis & suspitionibus quibusdam, populi rumoribus, anilibus delationibus, & propter eas Conciones redargutorias instituat. Non facile credat Circumforaneis & subrostrariis hominibus, &c. vide D. Kesterum in Casibus Theolog. cap. 32. Minime enim tutum est, credere famæ populari, quæ ut nonnunquam vera dispergat, sæpe tamen mentitur. IV. ut sedulo caveatur, ne potestas illa redarguendi degeneret in clamores tribunitios, ad seditionem adversus Magistratum consciscandam comparatos, nam cum pii Pastores sint Precones conversionis, non debent esse turbones, aut tubæ seditionis. Bene Erasmus Lib. I. Ecclesiast. pag. 687. Tom. V. Oper. *Non cuius liberum est, eqvo generoso ac natura feroci admove-
vere manum: Sed multò majoris est ar-
tificii, sic docere principem, ut persuade-
as optima, sic admonere, ut obtemperet,
sic increpare, ut non excandescens irâ
se vertat ad deteriora; deniq; sic in pu-
blico notare vitia principû, ut populum non
irrites ad seditionem & rebellionem.* V. ut ac-
cura.

cura.

curate distingvat officiū Magistratus à personalibus vitiis; Vitia argui possunt & debent, etiam in Magistratu, sed officii dignitas & auctoritas semper sacrosancta manere debe. Tenedat Ejus correptio non in Magistratum, quatenus talis est, (sic enim tenderet in ipsam Dei ordinationem) sed in vicia Magistratus, quia saepe in hoc ordine hominum magis sunt enormia, quam in aliis. B. D. Dannhauerus loci alleg. & in Collegio Decalog. pag. 411. ad hanc quaestionem ita respondet. 1. Posse, debereque notoria, convicta, confessaq; flagitia (Regum, Principū, Magistratū) indeterminate, abstrahendo ab hoc, hic & nunc, publice & palam argui, etiam si conscientia audientis in se reflexa sibi clam applicare possit; Exemplo Pauli Actor. XXIV. 25. 2. Posse debereque illa eadem argui determinate, quo ad hoc, hic & nunc, sed privatim, domi ad aures, gradibus correctionis observatis. 3. Posse, debereq; illa eadem post privatam dehortationem, legalem comminationem & gradualem animadversionem neglectam, successu, ex desperata malitia frustrato, palam argui; ne Minister in categoriam hypocriteos, prosoptolepsiz, canum mutorum incurrat &c. D. Osiander ad I. Sam. XV. 13. seq. inquit; *Ministri, non deterreantur periculo ullo, quo minus*

nus

nus peccata etiam potentissimorum arguant, &
 tamen adhibeant debitam moderationem &
 prudentiam, ut omnia sint ad Auditorum emen-
 dationem & edificatiōem comparata. Argu-
 at itaq; Minister Verbi peccata Magistratuum
 publice & suggestu, si sint (1.) enormia (2.) no-
 toria & publica, (3.) subditorum gemitibus
 contestata, (4.) si Magistratus aliquoties priva-
 tim monitus non moveatur illis admonitioni-
 bus, nec resipiscat, (5.) si peccata crescant, unde
 Ambrosius Sermon VI. Malui peccatū vestrū incu-
 sando acriter increpare, quā leniter dissimu-
 lando negligere, (6.) si salus Reipublicæ, libertas &
 religio periclitentur; Sed arguat ex verbo Dei,
 prudenter, modeste & salva Magistratus auto-
 ritate ac, cum commonefactione ad populū,
 ne propter ea obsequiū Magistratui debitū de-
 trecent. & ipsos quoq; homines esse agno-
 scant, pro maiori emendatione orent, & onus
 suum patienter ferant, 1. Petr. II, 18. 19. At si po-
 pulus una cum Rege aut Principe, totumq;
 corpus æque accipiat exeret? si v. g. Aaron
 cum populo vitulo liter aureo, tum epidemiciū
 malum, epidemicam quāq; exigit medicinam:
 Vel enim tacebit Ecclesiastes, canis erit mutus;
 vel elenchum distringet in solum populum, erit
 parasitus: si in solum Magistratum separatim,
 forte